



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

29. De privilegio Ecclesiarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

42 R E G I N O N I S L I B . I .  
quiores Ecclesiæ persolvatur.

Item de manso Ecclesiæ. *Ex eodem  
Capitulari.*

Lib. 5. Capi-  
tular. c. 45.

X X V I I . De uno manso ad Ecclesiam dato, de quo aliqui homines contra statuta sibi servitium exigunt, quicunque pro hac causa accusatus fuerit, Comes vel Missi hoc quod inde subtraictum est Presbyteris cum sua lege restituere faciant.

De eadem re. *Ex synodo Meldensi  
capite LXIII.*

Concilium  
Meldense  
c. 63.

X X V I I I . Secundum canoniam auctoritatem & constitutionem Domini Imperatoris Lodouici, de agro ecclesiastico & manso ac mancipiis, quæ ipse in suis Capitulis constituit, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus fuerit Ecclesiæ, neque de decimis & oblationibus fidelium quemquam Presbyterorum aliquem censum persolvere cogat, nec quisquam cuiuslibet ordinis aut dignitatis exinde quicquam subtrahat & redhibitionem quamcunque exigat temporalem. Quod si fecerit, communione usque ad satisfactionem privetur, & regia potestate hoc emendare legaliter compellatur.

Item de privilegio Ecclesiarum.

Concil. Are-  
lat. 6. c. 20.  
Lib. 2. Capi-  
tular. c. 36.  
Burchard. lib.  
3. c. 9.

X X I X . Ut Ecclesiæ antiquitus constituta nec decimis nec ulla possessione priventur, ita ut novis oratoriis tribuatur.

De Ecclesiis vel altaribus ambiguis , & ut  
superflua altaria de Ecclesia abiciantur.

*Cap. L X V.*

X X X . Ecclesiæ vel altaria quæ ambigua Lib. 1. Capi-  
sunt de consecratione consecrentur , & super- tular. c. 151.  
flua altaria destruantur de Ecclesia. Burchard. lib.  
3. c. 10.

De honore ecclesiastico. *Cap. C X L I I.*

X X X I . Ut Episcopi prævideant quem Lib. 1. Capi-  
honorem Presbyteri pro Ecclesiis suis senio- tular. c. 148.  
ribus tribuant.

Quod omnium Ecclesiarum dotes ad Epif-  
copum pertineant. *Ex Concilio Tole-  
tano capit. x i x.*

X X X I I . Multi contra canonum consti- Concil. Tolet.  
tuta sic Ecclesiæ quas ædificaverunt postulant 3. c. 19.  
consecrari , ut dotem quam Ecclesiæ contule- Lib. 7. Capi-  
runt, ad Episcopi ordinationem non pertinere tular. c. 213.  
censeant. quod factum & in præteritum dif- Burchard. lib.  
plicet , & in futuro prohibetur ; sed omnia se- 3. c. 20.  
cundùm consuetudinem antiquam ad Episco- Vide lib. 6.  
pi ordinationem & potestatem pertineant. Capitular.  
c. 69.

Unde Ecclesiæ debeant restaurari & Epis-  
copo obsequium exhiberi. *Ex epistola  
Gelasij Papæ.*

X X X I I I . Quatuor autem tam de redditu Decreta Ge-  
quàm de oblatione fidelium , prout cuiuslibet las. c. 27.  
Ecclesiæ facultas admittit , sicut dudum ratio- Lib. 7. Capi-  
nabiliter est decretum , convenit fieri portio- tular. c. 290.  
nes : quarum una sit Pontificis , altera Cleri- Riculf. c. 11.  
corum , pauperum tertia , quarta fabricis ap- Burchard. lib.  
3. c. 137.